

1979

C O D I C E S

1980

&c. *Αυτογραφοῦ* videtur Hominis *Lutheri* partibus additi, qui, dum acerbe in Catholicos et praecipue Monachos incurrit, simul tamen Suis parum contentus est, et initia Protestantismi non admodum laetis coloribus pingit.

DX.

340 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 8. f. continet Consilium *Württembergensium* stabilita jam Confessione *Augustana* datum circa Sacra. Inscríbítur: *Wiertembergisch bedenncken. Die Religion betreffendt. Ingressus: Nach dem der Leidig Satban nun mer etlich Jahr ber den vnderganng vnnnd Zerstorung seines vnd des Antichristi des Babsts Reichs sehen — müessen* &c. Agitur de celebrando Conventu, Articuliq; de quibus tractandum foret, adsignantur, puta: de Justificatione, Bonis Operibus, S. Caena, erroribus *Schwenkfeldii*, Baptismo, Censura Morum, Examine et Visitatione Ministrorum, eorumque inter se discordiis coercendis, Causis Matrimonialibus et Ceremoniis. Videntur praeterea non foli convocandi Theologi propter cavendas rixas, sed adhibendi etiam Virorum Principum, quin et Urbium et Ordinis Equestris Legati &c. Quae qui legit, vix capiet, recepta jam, ut Scriptor sub principium ait, *Confessione Aug.* tanta in rebus prae-

cipuis etiamnum componenda superfuisset.

DXI.

Codex chartaceus germ. Sec. XVII. Foliorum. 33. 8. confarinatus 1. e Precum Formulis in quadam *Protestantium* Ecclesia populo praeuendis, quas inter una tempore visi *Cometae*, quem Autor Signum adpropinquantis ultimi Iudicii, et Nuntium magni Mali temporalis adpellat. 2. e Statutis et Indulgentiis antiquissimae *Confraternitatis SS. Udalrici et Aerae Augustae Vindel.* quae ad calcem ibidem impressae dicuntur per *Christophorum Mang.* Anno 1610. 3. e tribus Cantilenis, quarum prima latine inscripta est: *Cantilena viduae Passovianae*, planctusque continet in Mariti caedem, occasione tumultus aut duelli, ut videtur, perpetrata; altera praenotata: *Partis adversae Responsum ad banc querelam*, Interfectorem excusat, et Viduam solatur; tertia in *Martinum von der Meden* Consulem *Stadensem* invehitur, ut proditorem urbis, et externi Militis immifforem. Omnia levis momenti.

DXII.

Codex chartaceus ital. Sec. XVI. Folior. 49. 8. in Theca membranea Titulum praefert: *Dialogo Religioso Theol. di un Zoccolante, Dominicano, et Heremita*

1981

P O L E M I C I

1982

remita Frati, con uno Scholare. Excerpta inde latina memoravimus alibi, autorem suspicati P. P. Vergerium jun. quae suspicio inde convalescit, quod *Bibliotheca Gesner.* inter ejus lat. et ital. conscripta refert Libellum *de veris Indulgentiis D. N. J. C.* Est vero Dialogi hujus in *due Giornate* divisi initium: Dom. *Deo gratias padre. Zoc. Bene veniatis. Che bone nuove? Dom. Non troppo bone. Zoc. Che uol dire? Dom. Uel dirò. ma andiamo in loco remoto. Zoc. In cella nostra &c.* Ibi igitur exhibetur Scheda occasione Jubilaei a Pontifice iis indulti, qui Templum FF. Praedicatorum juverint, a quodam Patavii literis operam dante variis locis affixa hujus tenoris: *Indulgentia plenaria di pena et colpa de tutti peccati gravi et enormi a ciascuno pentito. et che crede per la morte di Christo esserli perdonati gli suoi peccati, et che perdoni ad altri l'offese loro. senza partirsi di casa et pagar denari, come dice la scrittura chiaramente, se ben il Papa non uollesse, et uetasse.* Hac lecta Juvenem illum ex condito prior *Dominicanus*, dein et *Franciscanus* conveniunt *al Santo* (Antonio?) *in casa del Magnifico N.* et post officiosas salutationes ultro citroque datas certamen inchoant, quod non modo de Indulgentiis, sed de toto Dogmate vertitur, Juvene illo in *Lutheri* schola non obiter instituto, et, ut *Colloquii* Autori placuit, non duorum modo, sed et Eremitae *Augustinia-*

ni, qui subpetias venerat, victore. Exhilarat scenam ejus Servulus *Marcus* dialecto sua populari. En specimen. *Marc. Chi bat? Erem. Uorrei parlare al tuo patrone. Marc. Chi suu? Erem. Un frate Heremitano di santo Agostino centurone. Marc. Aspette u pocchet. Stud. Chi è colui? Marc. le u fra uesti da negher. e la una corezza larga com è gniach quella della uostra spada. al dis che le fra romita de sant Agusti. &c.* Finit Colloquium: Dom. *Non piu. Uoi sete beretico marzo. Non uoglio piu ascoltarui. Zoc. Ne anche io. Andiamo uia.*

DXIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 67^a XVI. Folior. 23. 4. exhibet: *Annotationes D. Wolphgangi Capitonis in XLIIII. Caput Esaie.* Et deinceps usque ad C. XLIX. Incipiunt: *Versus I.* Nunc igitur audi Jacob. *Transit hic ad Idololatriam.* Jacob. *ecclesiam novam intelligit per spiritum congregatam &c.* Finiunt: *ut praesens ecclesia consoletur. Wolfgangi Fabricii Capitonis Ecclesiae Argentorat. Helveticarum partium Ministri Opera enumerat Gesnerus in Bibl. ubi inter alia inedita: In Isaiam Prophetam quaedam inabsoluta 1538. quo Nostra pertinent. Natus Hagenoae in Alsatia Capito obiit Argentinae 1541. Ejus Acta referunt Melch. Adami in Vitt. Theol. Sleidanus, Seckendorffius &c.* Fasciculum nostrum ambit Membrana, cui commissa